



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris  
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,  
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,  
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter  
accommodatæ ...

Complectens copiosè Resolutiones Theologicas, etiam modernas, ad  
proxim accommodatas

**Archdekin, Richard**

**Antverpiæ, 1682**

Quæstio 17. An probabile sit Regularem approbatum ab Ordinario ad  
confessiones sæcularium in una diœcesi, validè posse ubique  
confessiones audire, sine approbatione Ordinarij istius loci in quo ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40873**

128 Pars 3. tract. 1. De Opinionum probabilitate  
Theologorum, & considerato fine Sacramen-  
ti Pænitentiae, hanc opinionem ut per se pro-  
babilem non admitto. Manifestum namque  
est confessarium non solum obligari ad servan-  
dum secretum, sed etiam non posse sic uti  
scientia confessionis, ut usus cederet vel in ap-  
parens nocumentum pænitentis; cum sic ip-  
sa confessio redderetur per quam suspecta &  
odibilis. In quæstione autem usus iste cederet  
in nocumentum pœnitentis: siquidem per eum  
sibi suspectum æquè ac per fractionem ligilli fi-  
deles retrahi possint à plena & candida pecca-  
torum suorum confessione.

Hinc pro Regularibus universim decrevit Cle-  
mens VIII. anno 1594. Ne superiores eā no-  
titiā, quam de aliorum peccatis in confessione  
habuerunt, ad exteriorem gubernationem u-  
tantur. Non parum fortè conduceret, si idem  
pro Sæcularibus decerneretur. Interēa non li-  
cet nobis generatim sententiam dictorum  
Theologorum hic sustinere ob decretum P. N.  
Claudii Aquavivæ anno 1590.

## QUÆSTIO XVII.

An probabile sit Regularem approbatum ab Ordina-  
rio ad confessiones facultarium in una diæcesi,  
validè posse ubique confessiones audire, sine ap-  
probatione Ordinarii istius loci in quo versatur.

**P**ro parte negativa breviter respondeo in-  
fra Part. 3. tract. 2. cap. 2. pro qua nunc in-  
super adduco Suarez de pænit. disp. 28. sect. 6.  
Vasquez quæst. 93. art. 3. dub. 4. Granadum  
disp. 5. num. 12. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 11.  
num. 8.

n.8. Lugo disp. 2. n.29. ubi adducit decretum Urbani VIII. Et Diana part. 10. tract. 13. resol. 23. ubi recenset Breve Innocentii X. in causa Angropolitana novæ Hispaniæ, impressum Romæ anno 1648. in quo ad dubium nonum, negat Regularibus illam potestatem competere si ne approbatione Episcopi diocesani, cum clausula irritante privilegia in contrarium.

Docent tamen non pauci, Regularem in una dioecesi approbatum posse ubi confessiones excipere, ut Leander de Murcia in cap. 6. Regulæ S. Francisci q. 8. Corduba, Præpositus, Colofus, quos refert Diana p. 6. tr. 7. resol. 59. Bauni i. p. tract. 4. q. 4. & Bruno Chassaing. de privil. Regularium tract. 5. c. 11. prop. 2. Sed ab his plerique jam & meritò recedunt.

## QUÆSTIO XVIII.

*An Sacerdos Regularis manifestè idoneus, cui approbatio ab Ordinario injustè negatur, possit validè in illius dioecesi confessiones excipere.*

**N** Egativè resolvo ut infra part. 3. tract. 2. cap. 2. Quia negatio approbationis non est approbatio, quam Tridentinum expressè requirit. Et ita docet Suarez, Vasquez, Filiucius, Coninck, Mendo, Dicastilio, Lugo, de pænit. disp. 21. sect. 2. n. 53. & plures apud Dianam p. 8. tract. 1. resol. 85. Quia Tridentinum sess. 23. cap. 15. videtur derogare cuilibet juri antiquo, & privilegiis Regularium, dum asserit. Nullum Regulari absque Episcopi approbatione posse confessiones fæclariorum deinceps excipere, non obstantibus quibuscumque privilegiis.

F 5

Pro